

Latin 202
ante diem iii Īdūs Aprīlēs MMDCCCLXXV A.U.C.

Nathan Owens

Old Dominion University

Spring 2022



① Announcements

② *BG.IV.30*

③ *BG.IV.31*

Announcements

Announcements

- Questions? Comments?

BG.IV.30

quibus rebus cognitis, principes Britanniae, qui post proelium ad Caesarem convenerant, inter se collocti, cum equites et navis et frumentum Romanis deesse **intellegerent** et paucitatem militum ex castrorum exiguitate **cognoscerent**, optimum factu esse duxerunt, **rebellione facta**, frumento commeatuque nostros prohibere et rem in hiemem producere, quod **eis superatis** aut reditu **interclusis** neminem postea belli **inferendi** causa in Britanniam transiturum confidebant. itaque rursus **coniuratione facta** paulatim ex castris discedere ac suos clam ex agris deducere coeperunt.

BG.IV.31

at Caesar, etsi nondum eorum consilia cognoverat, tamen fore id quod accidit suspicabatur. itaque ad omnes casus subsidia comparabat. nam et frumentum ex agris cotidie in castra conferebat et, quae gravissime adflictae erant naves, earum materia atque aere ad reliquas **reficiendas** utebatur et quae ad eas res erant usui ex continenti comportari iubebat. itaque, cum summo studio a militibus **administraretur**, **XII navibus amissis**, reliquis ut navigari satis commode **posset** effecit.

VALETE!